Discałowski

Mosio

Proposuit Judlr et officiose instigator Judicij praesens suo ac in
praescripto delatore contra infranominatum citatum ex citatione
literali Castrensi Branscensi pro terminis praesentibus extradita cuius tenor
sequitur estq talis Franciscus Joannes Lesnowolski Branscensis Capitaneus
Tibi Nobili Alberto olim Mathiae Discałowski ex omnibus bonis tuis Ri
gore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut coram Judicio nostro
Capitaneali Castrensi in Curia Regia Branscensi in terminis Judicibus Criminalibus Re
velationum ac Causarum Officij Capitanealis Castrensis Branscensis feria secunda
post datam praesentis Citationis proxime celebrandis primo et peremptorie
compareas ad instantiam Instigatoris Judicij nostri et ipsius delatoris Nobilis Luca
filij Nobilis Francisci Discałowski actoris qui te citat ideo quia
tu contraveniendo decreto anteriori officij praesentis interposito
poena Banitionis pro poena Mille Marcarum polonicarum in causa pro theloneo
Dilei Garmaczijnowej valoris sex florenorum polonicalium ab eodem actore
in bona libera Benoyska dicti Generosi in bonis eiusdem inve
cti thelonei receptionem instituta Intromissionem per ministerialem et nobiles
duos officiose assignatam non admisisti imo temere denegasti per quod
in poenam Banitionis incurristi ad quam saperte decernendam et per
ministerialem publicandam citaris judicialiter pro remedijs. Datum in Curia Regia
Branscensi Feria secunda post Dominicam Misericordiae proxima Anno Domini
Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Primo Et post propositionem
suam modo praemisso factam Actorem pars dedicendo parti citatae
legitime de termino statuit ministerialem Regni Generosum Alexandrum Sierhej
Kondratowicz qui Citationis praeinsertae copiam sigillatam ab una
integra ante Terminum praesentem septimana in bonis citati proprijs
posuisse et publicasse recognovit quo sic deducto ulterius intendens
propositionis suae verificatis petijt partem Citatam ad procedendum compelli
In Ulteriori autem processu causae licet quidem partes utraque alle-
gaverunt Verum allegationum suarum copias sigillatas existentes
ultra triduum ex positione ad identicandum non porrexerunt de quibus
non porrectis ex parte officij Notariatus est protestatum Judicium
praesens Castrense Capitaneale Branscense contrarijs partium utrarumque
actoris et citati per se personaliter Judicio factis exauditis
et debite intellectis inhaerendo negativae exceptioni citatae par
ti eidem ignorantiam processus prout de illo super se ostento
nihil quidquam scit Juramento corporali evadere decrevit
A quo decreto

A quo Decreto actorea pars ad Judicia ordinaria Generalis Tribunal
Regni Lublinen appellavit Cui appellationem Judicium hoc idem admisit
Terminumq prosequendae et continuandae eiusmodi appellonis in illis
Judicijs Tribunalibus Regni Lublini ab actis praesenti in sex septi-
manis aut dum ex Registro Causarum Offitij adiudicandi venie-
rit paratum et peremptorium conservavit.

Lawinski Mosio

Proposuit Judex et Offitiore Instigator Judicij praesens suo cum in
Praescripto delatore contra infranominatum Citatum ex citatione
Literali Castren Cracovien pro Terminis praesentibus extradita cuius
tenor sequitur talis Franciscus Joannes Lesnowolski a Hlowu et
in Zakrzew Capitaneus Cracovien Tibi Nobili Mathaeo
olim Clementis Dersowski de Dersi haeredi ex omnibus bonis ac
personis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali autoritate mandamus
ut in Terminis Judicialibus Castren Capitanealibus Cracovien primis et proxi post
datum praesentis citationis in Curia Regia Cracovien celebrandis
personaliter ac peremptorie compareas Ad Instantiam Instigatoris
Judicij Nostri Castren Cracovien et ipsius delatoris Nobilis Alberti
olim Mathaei Zawinski de Zupy haeredis Qui te citat ad
Banniendum et de Regno poloniae proscribendum ob impugnatam rema-
tionem non admissamq in bona sua actori praefato fortem intro
missionem super ipso et bonis eius omnibus in Judicio Terrestri ac offo nostro
Castren Cracovien vigore eius perductorum ac Vadiorum triplicatorum ratione
parte dotis competentis et eloquutae de bonis Dersi nova circa con-
tractum matrimonij post Nobilem suam filiam suam conten vero praefati
actoris concessa sed eloquutae videlicet paratae pecuniae ducentos florenos
polonos par boum par Vaccarum equi cum Curru et tapete necnon
vestimentorum Kiecznikow dwoch iednego anchotowego drugiego mu-
charaiowego Tureckiego pultamarskow dwoch iednego anchotowego
drugiego mucharaiowego Szamary Falendisowey vulpibus subducta
pilei axamitici valoris decem flor singuli argentei valoris viginti
flor non solutionis neq restitutionis Quadringentis marcarum poenae taxatae
iuridice perductae et obtentae prout processus causae latius in se obloquitur
Citatis itaq adveniens et audiens super te et bonis tuis omnibus poenam Bannicionis
decerni adquam publicandam ... addi te Banitum in foro publico
pronunciari proclamari et de Regno poloniae proscribi ulteriusq contra te
iuridice procedi videbis sive censebis Datum in Curia Regia Cracoviensi
Feria Sexta ante Festum Sancti Michaelis Archangeli proximo Anno Dni
Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo Et post propositionem
suam